

II C  
258

415 a

XVII, 436.

**M**axime est secundū hominē, confiteri e  
hominem.

**N**ulla res est mala, qua bene uti licet.

ad fm dōc  
rōne & sō e  
q nom piet  
p̄em & par  
tas nōlar

M  
M  
Ex libris Presb. Jo. Jacobi Guegger, Canonici  
Werdensis, die 7 Augusti A. 1654.

5

CLAVDII  
PTOLEMEI INER-  
RANTIVM STELLARVM SIG-  
nificationes, per Nicolaum Leonie-  
cenum e Graeco translatae.



Isthoc Diarium Gabriel Bucelinus in suum  
transtulit Nucleum historiae universalis

VITEBERGAE.

1534.

CLAVDII  
PTOLEMÆI  
RATIUM STELLARVM  
SYDNERIUM, PER NICHOLAVM LEON-  
TIVM & GREGORIVM BRON-  
HORSTIUM



VITBERGAE  
1544



LEONARDVS FVCH.

fius Candido Lecto-

ri S.



ERRANT VE-  
hementer qui tem-  
pestatis futuræ præ-  
sagia ex errantium  
tantum syderum  
motu sumi posse ar-  
bitrantur, quum inerrantium  
motus etiam consulendus sit, vt  
omnes veteres Matheseos testan-  
tur scriptores, in primis Plinius  
lib. ij. naturalis historiae ca. xxxix.  
de causis tempestatum inter reli-  
qua ita scribens. Nec meantium  
modò syderū hæc vis est, sed mul-  
torum etiam adherentium cœlo,  
quoties errantium accessu impul-  
sa, aut coniectu radiorum extimu-

A ij

la-

lata sunt, qualiter in Suculis sen-  
timus accidere, quas Græci ob id  
pluuio nomine  $\nu\alpha\sigma\alpha\sigma$  appellant.  
Arcturi vero sydus non ferme si-  
ne procellosa grandine emergit.  
Nec dissentit Aristoteles, qui lib:  
i. Proble. Orionis, Arcturi, Ver-  
giliarum, Caniculæ ortus, Flatus,  
imbresq; excitare, serenitates, fri-  
gora, teporesq; adferre docet.  
Proinde vt primo statim obtutu,  
cuiusq; syderis inerrantis ortum  
occasumq;, & ex his status cæli va-  
rietatem agnoscas, ecce Claudij  
Ptolemæi ea de re libellum in Di-  
arij formam contractum damus.  
Nō est tamen putes, vt certis qua-  
si terminis, ita diebus statis, aeris  
mutationes respondeant, nam ei-  
usmodi scrupulositas non deside-  
randa, sed vtile tibi tempestatis  
futu-

Usus huius  
ius in  
belli.



futurae continget praesagium, si  
persuasum habueris modo ante,  
modo post, interdum etiam stato  
die orientis, vel occidentis com-  
petere vim syderis. Caeterum Co-  
lumella lib. xi. cap. ij. ex quo ali-  
quot dies in Decembri accesser-  
runt, nam quae post decimum Ca-  
lendarum Ianuarij sequebantur,  
penitus deficiebant, inerrantium  
quoque motum indicavit, at non ut  
Ptolemæus integre, & in plerisque  
ab eodem diuersus, ut facile si  
conferre illos volueris deprehen-  
des, Bene vale, & operam no-  
stram boni consule.

A iij CLAV

CLAVDII PTOLE-  
MÆI INERRANTIVM STELLA-  
RV M SIGNIFICATIONES,  
Per Nicolaum Leonicum e Græ-  
co translata.

IANVARIVS XXXI.

- K.** 1 Sol cleuari incipit, longiusculi fiunt dies,  
Aquila & Corona occidunt, tempesta-  
temq; efficiunt.
- IIII.** 2 Sol magis ascendit, Cancrī medium occi-  
dit, uentiq; ponunt.
- III.** 3 Reliquum Cancrī occidit, & uariis ac-  
ris fit status.
- Pri.** 4 Hyems dimidiata, Aquiloncs continui,  
Delphinus cum Cane oriuntur matuti-  
no.
- Non.** 5 Fidicula exoritur, Aquila occidit, Del-  
phinus totus emergit, uentorumq; fit  
concurfus.
- VIII.** 6 Aquila uesperī occidit, Flat Auster.
- VII.** 7 Septentriones & Aquilo uehementer  
flantes occurrunt.
- VI.** 8 Martis domicilium, Auster & Fauonius  
simul flant, Capricornus emergere inci-  
pit,

- pit, pluuia simul & caligo uespertino.
- V. 9 Auster flat cum pluuia.
- IIII. 10 Pluuus flat Auster uiolentior.
- III. 11 Septentrio multo imbrc & aspera tem-  
pestate flat.
- Pri. 12 Auster flat.
- Id. 13 Astrum obscurum, prima Mali pars occi-  
dit, noctu etiam pluit.
- XIX. 14 Astrum obscurum, uaria Aquilonis &  
Septentrionis inconstantia, Leo occul-  
tari incipit, pluuia fiunt.
- XVIII. 15 Septentrio & Aquilo uehementes flant.
- XVII. 16 Sol in Aquario, Vulturinus cum pluuia.
- XVI. 17 Fidicula occidere incipit matutino, uento-  
rum concursus fiunt.
- XV. 18 Leo & Delphinus matutino occidunt,  
Aquilo, Septentrio, & Auster concu-  
runt, pluuia q; fiunt.
- XIIII. 19 Conuersio, & hyemis medium.
- XIII. 20 Aquilo flat & Auster, medium Cancri  
occidit, Aquarius emergere incipit.
- XII. 21 Aquarius totus emergit, Africus spirat  
& pluit.
- XI. 22 Fidicula cum Cancro occidit, & uespe-  
ri pluit.
- X. 23 Aquilo flat cum pluuia.
- IX. 24 Hyemat dies, uehementius flant Aquilo  
& Vulturinus.

- VIII. 25 *Tempestat turbidior, ijdem flant uenti.*  
 VII. 26 *Hycemat dies, ijdem flant uenti, Fidicula occidere incipit.*  
 VI. 27 *Astrum clarum in pectore Leonis occidere incipit, Fidicula uesperis occidit, flat Aquilo, & interdum pluit.*  
 V. 28 *Ventorum concursus cum niuibus.*  
 IIII. 29 *Delphinus occidere incipit.*  
 III. 30 *Fidicula circa primam facem parte sui occidere incipit, uehemens flat Aquilo cum imbre.*  
 Pri. 31 *Imbres cum niuibus permisti cadunt.*

## FEBRUARIUS XXVIII

- K. 1 *Obscurum astrum apparet, Auster & Vulturinus flant, Fidicula occidere incipit.*  
 IIII. 2 *Aer crassus est, et Fauonius flare incipit*  
 III. 3 *Medium Leonis cum Fidicula occidit, Septentriones & Aquilo flant.*  
 Pri. 4 *Delphinus occidit, Auster uesperis uiolentior fit & pluit.*  
 Non. 5 *Zona Orionis emergit, turbidus est aer Fauonij flatu.*  
 VIII. 6 *Fidicula occidit, & Fauonius ab occasu flat.*  
 VII. 7 *Veris initium, Fauonius spirat.*

Fauoni

- VI. 8 Fauonius & Aquilo spirant.
- V. 9 Obscurum Astrum, emergit Aquarius.
- III. 10 Septentrio cum Fauonio flat, interdum etiam pluit.
- III. 11 Subsolanus spirat, & Arcturus exoritur
- Pri. 12 Ventorum concursus & pugna.
- Id. 13 Sagitarius uesperis occidit, tempestas aspera.
- XVI. 14 Crater uesperis oritur, & commutatis uentis superat Auster.
- XV. 15 Sol in piscibus, hyemat aer.
- XIII. 16 Septentrio flat cum Austro, Sol nouus.
- XIII. 17 Virgo occidit iuxta Geminos, Auster flat cum Fauonio & Aquilone.
- XII. 18 Malus uesperis occidit, Fauonius spirat, & Virgo occidere incipit.
- XI. 19 Septentrio & Auster flant, Malus occultatur.
- X. 20 Aquilo pluuiosus spirat, Leo occidit Aquilones Chelidonij appellati incipiunt, & per quadriduum flant, Hirundines apparent.
- IX. 21 Arcturus circa primam uigiliam occidere incipit, Fauonius spirat, noxq; nubila existit.
- VIII. 22 Halcyones appellati dies.
- VII. 23 Corus & Aquilo simul flant.
- VI. 24 Aquarius oriri incipit, hyemat matutino.

A 5 Arctu=

- V. 25 Arcturus emergit, & pluit,  
 IIII. 26 Arcturus oritur matutino,  
 III. 27 Malus uesperis occidit,  
 Pri. 28 Fauonius late spirat, Vernus est dies,

## MARTIVS: XXXI.

- K. 1 Auster & Africus simul spirant  
 VI. 2 Vindemiator apparere incipit, Aquilo  
 gelidus flat, Arcturus occidit matutino  
 V. 3 Aer nimbosus, & pluit, Arcturus emer-  
 git cleuato Sole, & flat Aquilo.  
 IIII 4 Arcturus similiter emergit,  
 III. 5 Arcturus interdiu emergit,  
 Pri. 6 Aquilo flat nubilosum coelum,  
 Non. 7 Equus occidit matutino, & flat Aquilo,  
 Corona matutino occultatur, Aqua-  
 rum de coelo pluuia.  
 VIII. 8 Marinae aues apparere incipiunt, Aquilo  
 & Septentriones flant, principium  
Veris est, Sol Piscium dimidium obti-  
 net, Equus occidit.  
 VII. 9 Miluius apparere incipit, flat auster, Pis-  
 cisq; in tergore matutino occultari in-  
 cipit.  
 VI. 10 Equus occidit matutino, Miluius a subli-  
 mi deorsum uergit, Vindemiator occi-  
 dit, Arcturus autem emergit, & geli-  
 dus flat Aquilo.

Hyemis

- V. 11 Hyemis abscissio, & Aquilonis ad Septentriones commutatio.
- IIII. 12 Desinit Piscis a tergore elcuari, Septentrio, uel Auster flat.
- III. 13 Argo nauis emergit uesperis, Fauonius & Auster flant, & Leonis cauda, hycemat dies.
- Pri. 14 Aquilo per totum flat diem.
- Id. 15 Equus occidit, & Aquilo flat gelidus.
- XVII. 16 Sol in Ariete, Fauonius late spirat, Ciconia apparet, & mare transmittit.
- XVI. 17 Inconstantes uenti, Aquilo spirat
- XV. 18 Auster flat, Miluius diluculo apparet.
- XIIII. 19 Aquilo serenus spirat.
- XIII. 20 Equus occidit matutino, Aquilo uel Septentrio flat.
- XII. 21 Aries in latus emergit, pluit aut ningit.
- XI. 22 Cancer tergore oritur, Auster flat.
- X. 23 Aequinoctium, pluit, interdum tonat.
- IX. 24 Septentriones & Aquilo flant, Equus occidit matutino.
- VIII. 25 Pisces tergore emergunt, nix imbre mista cadit, Aries matutino emergit cum mari, turbatio acris.
- VII. 26 Aequinoctium uernum, pluit, interdum & tonat.
- VI. 27 Nox & dies aequales existunt.
- V. 28 Scorpius occidit, uehemens flat uentus, plu-

- pluuiasq; cum tonitribus commiscet,
- IIII.** 29 Scorpius occidit, Septentrio flat pluuius
- III** 30 Auster flat & pluit,
- Pri.** 31 Ventorum procellæ, & sepe pluit,

## APRILIS XXX.

- K.** 1 Scorpius occidit, Sol dici partem unam  
addit, Aquilonis flatu nebulosum est cœ-  
lum, Vergiliæ oriri & præsignificare  
incipiunt,
- IIII** 2 Nebulosus aer per omnes terras
- III** 3 Vergiliæ occidunt uesper tino
- Pri.** 4 Flat Africus,
- Non.** 5 Fauonius spirat.
- VIII.** 6 Suculæ emergunt pluuiæq; ab Austro de-  
uoluntur.
- VII.** 7 Auster flat, & Vergiliarum reliquæ  
occidit.
- VI.** 8 Fauonius flare incipit matutino, Vergi-  
liæ occidunt.
- V.** 9 Australes procellæ.
- IIII.** 10 Aquilo uehemens flat uespere est pluui-  
sus.
- III.** 11 Frigidi flant uenti, & pluit.
- Pri.** 12 Suculæ occultantur.
- Id.** 13 Aquilo flat, paruum præsepe exoritur.
- XVI.** 14 Obscurum astrum, & uenti, & imbres
- XV.** 15 Suculæ occidunt, frigidi spirant uenti,  
perseus oritur. Suculæ



- XIIII. 16 *Suculae occidunt, spirat Fauonius.*  
 17 *Sol in Tauro, Suculae occultantur.*  
 XIII. 18 *Africus flat.*  
 XII. 19 *Suculae penitus occidunt, Africus flat uespere*  
 XI. 20 *Fauonius spirat.*  
 X. 21 *Tauri caput occidit, et pluit.*  
 IX. 22 *Vergiliae exoriuntur, Fauonius spirat.*  
 VIII. 23 *Fidicula circa primam facem apparet.*  
 VII. 24 *Fidicula cernitur, et pluit.*  
 25 *Præsepe emergit, desinit Ver.*  
 VI. 26 *Suculae penitus occidunt, et Veris conuersio.*  
 V. 27 *Auster flat,*  
 IIII. 28 *Austrina dies, et pluuia,*  
 III. 29 *Hædi oriuntur, Auster flat matutino.*  
 Pri. 30 *Canis occultatur uespere, aer cõturbatur ab Austro, et Aquilo simul permiscet.*

## MAIUS: XXXI:

- K. 1 *Canis occultatur, rores descendunt.*  
 VI. 2 *Suculae cum Sole oriuntur.*  
 V. 3 *Centaurus apparet totus, Fauonius spirat.*  
 IIII. 4 *Scorpius sursum emergit, Aquilo flat, et rores cadunt.*  
 III. 5 *Fidicula oritur matutino.*

Dimis

- Pri. 6 Dimidium Scorpionis occidit.  
 Non. 7 Vergiliæ oriuntur matutino, & spirat  
 Fauonius.  
 VIII. 8 Principium æstatis Fauonius præualet.  
 VII. 9 Eodem flat modo Fauonius  
 VI. 10 Fidicula oritur, Suculæ occidunt, Tauri  
 caput apparet  
 V. 11 Vergiliæ apparent.  
 IIII. 12 Vergiliæ oriuntur, Auster flat.  
 III. 13 Suculæ occidunt, Austrini sunt flatus.  
 Pri. 14 Scorpius occidit, & Fidicula oritur ma-  
 tutino.  
 Id. 15 Cancer exoritur, & flat Auster,  
 XVII. 16 Initium æstatis.  
 XVI. 17 Procyon, quam quidam Caniculam uoc-  
 cant, occidit.  
 XV. 18 Sol in geminis.  
 XIII. 19 Auster flat uesperis,  
 XIII. 20 Suculæ oriuntur, & flat Aquilo  
 XII. 21 Arcturus occidit, aerq; conturbatur.  
 XI. 22 Sagittarius occidit, & flat Auster.  
 X. 23 Gemini exoriuntur, & Aquila.  
 IX. 24 Suculæ oriri incipiunt, & pluit.  
 VIII. 25 Capella oritur matutino, & flat Aquilo.  
 VII. 26 Taurus occidit, Auster & Aquilo flant.  
 VI. 27 Auster spirat.  
 V. 28 Fidicula oritur matutino, & Auster flat  
 IIII. 29 Auster uehemens flat. Vergiliæ

III. 30 Vergilia exoriuntur, imbres cum tonitribus fiunt.

Pri. 31 Tempestat aspera, hyemat aer, ingentis uesperis tonitrua commouentur

## IV NIVS: XXX.

K. 1 Suculae totae emergunt, Auster flat,

III 2 Aquila exoritur, aeris tempestat, & flat Fauonius,

III. 3 Australes procellae cum tonitruis,

Pri. 4 Auster flat, & pluit,

Non. 5 Aquilo exoritur, flat Auster, & pluit,

VIII. 6 Aquilo flat, & pluit,

VII 7 Arcturus occidit matutino, Fauonius spirat,

VI. 8 Delphinus emergere incipit, Arcturus occidit,

V. 9 Aquilo flat, & modice pluit,

III. 10 Pluuiosus aer cum tonitruis, & Australis dies,

III. 11 Turbulentum caelum cum tonitruis,

Pri. 12 Fauonius uel Corus flat, & tonat,

Id. 13 Delphinus emergit, Auster flat,

XVIII 14 Orionis humeri eleuantur, & principia aestatis,

XVII. 15 Obscurum Astrum, Fauonius & Auster flant, Aeris

- XVI. 16 Aeris tempestas, & Aquilonij flatus .  
 XV. 17 Fauonius cum Austro spirat, Orionis hie  
 meri apparent .  
 XIII. 18 Sol in Cancro, Orion exoritur matutino  
 XIII. 19 Auster & Fauonius flant, pluit & tonat  
 XII. 20 Serpentarius occidit matutino .  
 XI. 21 Auster cum Aquilone spirat.  
 X. 22 Exortus Orionis .  
 IX. 23 Obscuri astri exortus, & calorū intensio  
 VIII. 24 Aestiuus cardo, & momentanea aeris  
 perturbatio .  
 VII. 25 Africus & Fauonius simul spirant .  
 VI. 26 Breuiissima nox, Orion exoritur  
 V. 27 Pluit uesperis, Canis apparere incipit.  
 IIII. 28 Ventorum conflictus .  
 III. 29 Canis exoritur matutino, Zona Orionis  
 nis apparet,  
 Pri. 30 Arcturus occidit matutino, & aeris in-  
 temperies .

## IVLIVS. XXXI.

- K. 1 Aer ab Aquilone conturbatur,  
 VI. 2 Obscurum astrum, Auster flat uel Fauo-  
 nius,  
 V. 3 Austrina dies, & conturbatio aeris,  
 IIII. 4 Orion exoritur, Ciconia occidit, & Fauo-  
 nius spirat,  
 III. 5 Medium Canceri exoritur,

Etesia

- Pri.** 6 Etesiae flant, & cum Austro Aquilones.  
**Non.** 7 Corona occidit matutino, flat Auster.  
**VIII.** 8 Cephæus exoritur, & Austrina aeris per-  
turbatio.  
**VII.** 9 Orion totus emergit, Auster flat.  
**VI.** 10 Etesiarum Prodromi flatus spirant.  
**V.** 11 Imbres cum tonitribus, flat Aquilo.  
**III.** 12 Orion totus oritur matutino, & prodromi  
inualescunt flatus.  
**III.** 13 Africus flat turbulentus.  
**Pri.** 14 Aquilo flat.  
**Id.** 15 Canicula exoritur, Etesiae inualescunt.  
**XVII.** 16 Orion exoritur, & uiolentus flat Aquilo  
**XVI.** 17 Aestatis dimidium, & dies Aquilonis fla-  
tu algentior.  
**XV.** 18 Fauonius, & interdum Auster spirant,  
Canis oritur matutino, & Etesiae am-  
plius inualescunt.  
**XIII.** 19 Orion exoritur, Corus flat, totusq; ap-  
paret Orion.  
**XIII.** 20 Sol in Leone, Corus spirat, & Canis  
exoritur.  
**XII.** 21 Etesiae cum alijs uentis per unum & ui-  
ginti flant dies.  
**XI.** 22 Prodromi flatus late spirant.  
**X.** 23 Cancer totus cum Leone exoritur, &  
Aquila occidit.

B

Leo

- IX.** 24 Leo cum Sole exoritur & Cane, Can-  
 cer descendit.  
**VIII.** 25 Gemini occidere incipiunt, Canis emer-  
 git, & Austrini sunt flatus.  
**VII.** 26 Caligo arenosa, Aquila occidit, Leo ex-  
 oritur, flat Auster.  
**VI.** 27 Canicularis aestus.  
**V.** 28 Vehementes calores, Etesiae ualenter  
 spirant.  
**IIII.** 29 Lucida stella in Leonis pectore exoris-  
 tur, Aquilo egelidus propter aestum.  
**III.** 30 Autumnales fructus apparere incipiunt,  
 Aquila occidit matutino, aerq; turbidus fit.  
**Pri.** 31 Auster cum Africo simul spirant.

## AUGVSTVS. XXXI.

- K.** 1 Aquila occidit matutino, flat Africus,  
 arentes sunt aestus.  
**IIII.** 2 Aquila occidit, aer Austrinus.  
**III.** 3 Austrina dies.  
**Pri.** 4 Leonis medium exoritur, Arbor in hoc  
 biduo apparet, Auster nimbosus uehe-  
 menter flat.  
**Non.** 5 Corona occidit, Leonis medium exoris-  
 tur, uehemens flat Auster, & Grues ap-  
 parent. Fidicus

- VIII. 6 Fidicula cōtrahitur, austrina dies æstuosa  
VII. 7 Orionis medium occultatur, & dies ab  
Austro caliginosus & æstuosus  
VI. 8 Leo exoritur, æstus intolerabilis, nebulo-  
sus ac, Orionis medium exoritur.  
V. 9 Obscurum astrum, Septentrio lenis spi-  
rat, æstus mediocris.  
III. 10 Lunarius defectus in hanc diem incurre-  
re solet \*, Auster & Aquilo spirant,  
& calores sunt ingentes.  
III. 11 Fidicula occidit matutino, Autumnus in-  
choat, uentorum concursus fit.  
Pri. 12 Ventorum conflictus & pugna.  
Id. 13 Delphinus cum Lepore occidit.  
XVIII. 14 Aestuarii & squalentes calores.  
XVII. 15 Obscurum astrum, & Fauonius cum Au-  
stro spirat.  
16 Delphinus occidit matutino.  
XVI. 17 Autumnus initium.  
XV. 18 Fidicula occidit, & flat Aquilo.  
XIII. 19 Delphinus occultatur, mediocris æstus.  
XIII. 20 Fidicula occidit matutino, Sol in Virgi-  
ne, Auster flat, pluit, & tonat.  
XII. 21 Sol in tota Virgine.  
XI. 22 Virgo exoritur.  
X. 23 Septentrio lenis spirat, tota exoritur  
Virgo, aeris est serenitas.

B

a

Virg

- IX.** 24 *Virgo exoritur, Aquilo flat.*  
**VIII.** 25 *Etesia ponunt, Aquilo frigidior flare incipit.*  
**VII.** 26 *Delphinus exoritur, & Auster flat.*  
**VI.** 27 *Vindemiator emergit, Auster & Fauonius simul flant.*  
**V.** 28 *Virgo apparere incipit.*  
**IIII.** 29 *Fauonius lenis spirat.*  
**III.** 30 *Virgo exoritur, Fauonius molliter flat.*  
**Pri.** 31 *Andromeda exoritur.*

## SEPTEMBER: XXX.

- K.** 1 *Andromeda exoritur, imbres cum tonitruiis fiunt, flat Vulturinus, inconstantes sunt venti.*  
**VI.** 2 *Australis Piscis non amplius occultatur.*  
**V.** 3 *Tonat & pluit.*  
**IIII.** 4 *Arcturus cum Vindemiatore exoritur, Malus occultatur.*  
**III.** 5 *Mercurij domicilium, Fauonius spirat, & ex uentorum inconstantia imbres cadunt.*  
**Pri.** 6 *Equus exoritur.*  
**Non.** 7 *Capella emergit, Africus flat uesperis & pluit.* *Arctus*



- VIII. 8 Arcturus apparet, flat Aquilo, & interdum tonat.
- VII. 9 Virginis medium exoritur, Fauonius spirat cum Africo.
- VI. 10 Idem aeris status.
- V. 11 Idem aeris status.
- III. 12 Arcturus exoritur.
- III. 13 Arcturo exoriente imbres cadunt.
- Pri. 14 Vergiliae cum Equo exoriuntur.
- Id. 15 Hirundines non uidentur, Capella exoritur, & pluit.
- XVI. 16 Duodecatemorion, id est, 12. portio autumnus incipit.
- XV. 17 Fauonius late spirat cum Africo.
- XIII. 18 Piscis exoritur, & Septentrio ponit.
- XIII. 19 Sol in Libra, Crater apparet, Arcturi medium cernitur matutino.
- XII. 20 Arcturo exoriente, imbres copiosi cadunt.
- XI. 21 Aequinoctium autumnale, & Pisces occidunt.
- X. 22 Argo descendit, pluuiosi aeris conturbatio.
- IX. 23 Pisces occidunt, Austrinae fiunt pluuiæ, aeris uentorumq; conturbationes, & maris tempestates.
- VIII. 24 Lunaris defectus in hac incurrit diem \*

B

3

Cena

*Centaurus exoritur.*

- VII. 25 *Nebulosus aer, & turbulentus existit.*  
VI. 26 *Hædi exoriuntur, & Auster uehemens flat.*  
V. 27 *Virgo desistit emergere, Vergiliæ matutino & uesperis apparet, Hædi cum Sole exoriuntur, uentorum & maris procellæ ualidæ fiunt,*  
IIII. 28 *Auster uehemens flat, tempestates horridæ.*  
IIII. 29 *Vergiliæ matutino cernuntur, & pluuus flat Auster.*  
Pri. 30 *Capella emergit usq; ad uespertinum, Vergiliarum occasum.*

**OCTOBER XXXI.**

- K. 1 *Vergiliæ in Oriente apparere incipiunt, Auster flat matutino.*  
IIII. 2 *Idem Austrini flatus, & Vergiliarum exortus.*  
IIII. 3 *Heniochus, id est, Auriga occidit, & ab Aquilone tonat.*  
Pri. 4 *Hædi exoriuntur, & pluit,*  
Non. 5 *Corona emergit, & conuersio est æstatis,*  
VIII. 6 *Arietis medium occidit cum Scorpione,*  
VII. 7 *Eadem quæ prior significatio,*  
VI. 8 *Corona cum Hædis exoritur, aer conturbatur, Hædi*

- V. 9 Hædi cum Vergilijs emergunt, & flat  
Africus.
- IIII. 10 Libra oriri incipit, & Fauonius spirat.
- III. 11 Corona exoritur matutino, uenti commu-  
tantur, aspera; in mari fit Hyems.
- Pri. 12 Vergiliae exoriuntur, & flat Auster.
- Id. 13 Corona emergit, aeris commutatio, &  
tumultus fit.
- XIX. 14 Aquilo immensus flat.
- XVIII. 15 Autumni medium, & Auster flat.
- XVII. 16 Orion emergit, & rorulentus est aer.
- XVI. 17 Eadem, quæ prior, significatio.
- XV. 18 Tristis & nubilus dies.
- XIIII. 19 Sol in Scorpione, & Fauonius spirat.
- XIII. 20 Vergiliae occidunt, aerisq; est contur-  
batio.
- XII. 21 Eadem, quæ prior, significatio, sed eti-  
am pluit.
- XI. 22 Tauri cauda occidit, & Auster flat plu-  
uiosus.
- X. 23 Scorpius occidit, Aquilo flat, & in mari  
tempestas horrida.
- IX. 24 Vergiliae occidunt.
- VIII. 25 Centaurus occidit matutino.
- VII. 26 Scorpij dimidia cauda occidit.
- VI. 27 Sucleæ occidunt, gelidus flat Aquilo, &  
aspera in mari Hyems.

B A Ver

- V. 28 Vergiliae & Orion penitus occidunt .  
 IIII. 29 Arcturus occultatur , & uehementes  
 flant uenti.  
 III. 30 Cassiopea incipit occultari .  
 Pri. 31 Orion & Aquila penitus occidunt , &  
 Fidicula exoritur .

## NOVEMBER XXX.

- K. 1 Vergiliae occidunt, pruina decidit matu-  
 tino , Arcturus occultatur , aerisq; ad  
 frigora fit conuersio .  
 IIII. 2 Venti spirant frigidi, & pluit.  
 III. 3 Fidicula exoritur matutino , & Aquilo  
 flat.  
 Pri. 4 Auster & Fauonius flant , fiuntque im-  
 bres.  
 Non. 5 Fidicula Sole exoriente apparet, Aquilo  
 flat .  
 VIII. 6 Arcturus occidit matutino , & nebulo-  
 sus est aer .  
 VII. 7 Vergiliae & Orion occultantur , Aqi-  
 lo flat.  
 VI. 8 Turbidus & molestus est aer .  
 V. 9 Clarum Scorpionis astrum, & Hyema-  
 lis cardo .  
 IIII. 10 Hyemis initium.

Vergiliae

- III. 11 Vergiliæ occultantur .  
 Pri. 12 Media Scorpionis stella emergit .  
 Id. 13 Vergiliæ & Orion occidunt matutino .  
 XVII. 14 Scorpius matutino occidit .  
 XVI. 15 Fidicula oritur matutino, Vulturinus ,  
 Auster, & Boreas simul flant .  
 XV. 16 Eadem, quæ prior significatio .  
 XIII. 17 Tempestuosa dies, Austerq; super-  
 uenit .  
 XIII. 18 Sol in Sagittario, Orion cum Fidicula  
 exoritur, acrisq; tempestas existit,  
 XII. 19 Tauri cornu cum Sole occidit, & flas  
 Aquilo .  
 20 Horrida tempestas .  
 XI. 21 Sucule cum Lepore occidunt matutis  
 no .  
 X. 22 Gelida cadit pluuia .  
 IX. 23 Tauri Cornua occidunt .  
 VIII. 24 Initium hyemis, frigora incipiunt, gelis  
 diq; cadunt rores .  
 VII. 25 Sol in prima Sagittarij portione .  
 VI. 26 Eadem, quæ prior, significatio .  
 V. 27 Canis occidit, austrina dies, & pluit .  
 III. 28 Canis occultari incipit, & nebulosus est  
 aer .  
 III. 29 Canis occidit matutino, & Africo flante  
 te pluit .

B

S

Orion

**Pri.** 30 Orion occidit, Fauonius spirat, & Austro flante pluit.

## DECEMBER. XXXI.

- K.** 1 Perturbatio aeris, flat Septentrio, & totus Orion occidit matutino.
- IIII.** 2 Canis occidit, uesperis Septentrio flat.
- III.** 3 Tempestuosa cum nubibus dies.
- Pri.** 4 Sagittarius occidit, & Aquilo flat.
- Non.** 5 Per totam diem pluit, & flat Aquilo.
- VIII.** 6 Medium Scorpij emergit.
- VII.** 7 Aquila exoritur, & Africus flat.
- VI.** 8 Scorpius totus emergit.
- V.** 9 Canis exoritur matutino, & Auster flat.
- IIII.** 10 Vehemens Aquilo flat, caliginosum tempestatibus coelum existit.
- III.** 11 Obscurum astrum, Septentrio & Caciae perflant.
- Pri.** 12 Aquilo flat prior, grauis & pluuus subsequitur Auster.
- Id.** 13 Totus Scorpius exoritur, Auster & Aquilo flant & pluit.
- XIX.** 14 Capella occidit.
- XVIII.** 15 Auster & Aquilo perflant, & aeris perturbatio existit.

Eadem

- XVII. 16 Eadem, quæ prior, significatio.
- XVI. 17 Sol in Capricorno.
- XV. 18 Obscurum astrum, & uentorum concursus & pugna.
- XIII. 19 Capella exoritur.
- XIII. 20 Aquila cum Capricorno exoritur.
- XII. 21 Incipit flare Aquilo, superueniens Auster, totum obtinet diem.
- XI. 22 Aquila exoritur uesperis.
- X. 23 Capella matutino emergit.
- IX. 24 Brumale Solstitium iuxta Chaldaeos.
- VIII. 25
- VII. 26
- VI. 27 Delphinus incipit oriri mane, tempestas.
- V. 28
- III. 29 Aquila uespere occidit, Hyemal.
- III. 30 Canicula occidit uespere, tempestas.
- Pri. 31 Tempestas uentosa.

FINIS.

# EX TERTIO

LIBRO GALENI DE

DIEBUS DECRETORIIS LOCUS

dignissimus lectu unde intelligi

poterit quantum tribuerit sideri-

*bus uir ille doctissimus, ac minime uulgi iudi-*

*cium sequens, Sed omnia ad ueram*

*rationem reuocans.*



**O R R O** causas

horum nobis indagantibus,

duo prima omnium quæ fiunt,

primordia esse statuenda ui-

dentur. Inordinatum uideli-

cet, quod ex hac mundi mate-

ria proficiscitur, ordine uero

ornatuq; procedens, quod cœ-

lestibus originem fert acceptam. Omnia siquidem in

hoc orbe ab illis decus, ornamentumq; capeſſunt. At

q; iam his duobus principijs omnium, quæ ratione

et experientia ipsa in diebus decretorijs intelligun-

tur, causas inuenire conabimur, hinc facto sermo-

nis exordio. Omnium certe superiorum astrorum

potentia fruimur, uerum sol maxime hunc orbem ex-

ornat, et concinne disponit, Quippe Veris, Æstatis,

Autumni, et Hyemis autor alius nemo extat. Nec ali-

*us tam*



us tam manifesto uel ex terrestri fece animalia genera-  
rare potest, neq; fruges maturare, neq; ad coitum &  
generis propagationem animantia prouocare. Mag-  
na sanc & lunæ opera in hac rerum substantia ap-  
parent, uerum Solis effectibus posteriora. Etenim  
menses hæc perpetuo ordinat, idq; euidenter adeo in  
marinis belluis.

Quare mensa a Luna immutari secundum septi-  
manas, iam est perspicuum. Quod autem aliæ res  
uniuersæ inde quoq; mutantur, id omnibus non per  
inde constat, sed ijs qui huiusmodi accurate obserua-  
rint, in confesso est. Ad hæc post seminis concepti-  
onem omnis imprægnatio. Insuper nihilo minus hæc  
& post partum adauctio, tum omne actionis initi-  
um magnas alterationes in septimanos circuitus reti-  
net. Quæ nanq; omnibus quæ subsistunt, incidunt,  
horum causam luna habere obseruata est, maximeq;  
in tetragonis & diametris stationibus ea immutans.  
Nam si luna in Tauro existente semen concipiatur,  
uel partus, uel alterius cuiusdam principium contige-  
rit, magnas eius mutationes inuenias, uti quum in Le-  
one, Scorpio, & Aquario signiferum ambit, Verum  
in Leone tetragonos, id est, quadrata statio septima-  
næ unius existit, In Scorpio diametra duas septima-  
nas habet, Ita quoq; in Aquario, secunda quadran-  
gularis statio ad tertiam septimanam peruenit, idq; ne-  
cessario, quod luna, sicut ante diximus, uicenis diebus,  
septenisq;

Septenisq; , & particula quadam adiecta , maxime  
tertia dici parte uniuersum signiferi ambitum per-  
git . Si nanq; in tanto tempore totum orbem per-  
transire oportet , constat quartam partem in sep-  
tem prope diebus eam expediturum . Proinde huius  
te meminisse conuenit , nempe lunæ transpositionem  
in tetragonon non diebus septem integris deliniari .  
Porro illud denuo repetendum est , quod nos obser-  
uantes uerissimum esse comperimus ab Ægyptijs  
Astronomis inuentum , lunam non modo ægris , sed  
etiam sanis , dies quales tandem futuri sint , posse præ-  
nunciare . Si etenim ad planetas temperatos steterit ,  
quos iam & salutare latini ἀκαθοποιοῦς , græci no-  
minant , faustos ac bonos producere , Si ad intem-  
peratos , graues molestosq; , Fingamus homine quo-  
dam nascente salutare planetas in Ariete , malignos  
in Tauro esse , is homo nimirum quum luna in Aric-  
te , Cancro , & Capricorno fuerit , pulchre deget .  
Quum uero Taurum ipsum , uel tetragonum aliquod  
uel diametrum signum occupat , molestia uitam transi-  
get . Atq; iam morborum initia sic , quum luna in  
Tauro , Leone , Scorpio , & Aquario fuerit , pessima .  
Sine periculo autem & salutaria sunt , quum Aric-  
tem , Cancrum , Libram , & Capricornum Luna per-  
meat . Ad hæc alterationes magnas , quas in tetrago-  
nijs , & diametris per septimanas fieri diximus , in le-  
talibus quidem morbis , letales & ipsas , in salubribus  
bonas

bonas inuenire necesse est. Quamobrem Hippocrates etiam damnat immutationes, quæ in diebus decretorijs ad peiora declinant, quippe quod letalis morbi symptoma sit, quemadmodum (ut arbitror) benigni, seu ad sanitatem tendentis contrarium, Quod si quis hic causam, cur quadratæ et diametræ stationes sint potentissimæ quærat, is longissime a proposito disputatione digreditur, Nam in præsentiarum non primas causas omnium, quæ ad Astronomiam pertinent, sed quæ proposito nostro conducant, inquirere cogitamus, Vtiles autem causæ sunt, quæ septimanæ naturam interpretantur, Rursus igitur in summam colligamus, Lunæ tetragonæ & diametræ stationes in principijs bonis, bonas faciunt alterationes, in malis malas, Atq; hoc etiam Astronomis in confesso est, Integrum est & tibi obseruare, Sin autem huiusmodi deprecaris, nec inquirentibus fidem adhibes, indubie Sophistarum ubiq; nunc obstrepentium aliquis es qui de rebus manifestis tamen requiruntur argumenta, quum econtrario ex euidenter apparentibus, abditorum ratio indaganda esset. Ita suo quæq; res principio circuitus sequentes uniuersos consonos habet,

EXCVSVM VITEBERGÆ  
PER NICOLAVM  
SCHIRLENTZ.

bona invenire necesse est. Quod si in  
ter cetera dicitur inveniatur, que in diebus de  
tore ad perora delinunt, quod quod talis non  
disponitur inveniatur, inveniatur. Quod si  
in, et ad hanc rem tendit, comitatur. Quod si  
que die dicitur, et dicitur et dicitur. Hanc  
in potentiaque, que, in longioribus et propolis  
dissolutione dicitur. Nam in presentibus non  
poteat causas omnium, que ad Aristotelis per  
tent, sed que propolis nostro condant, in quibus  
cognantur. Vnde etiam dicitur, que sepius  
namque interpretatur. Namque igitur in presentibus  
colliguntur. Hanc rem, et dicitur. Hanc  
in presentibus bonorum, hanc dicitur, in ma  
hi mala. Atque hoc dicitur Aristotelis in dicitur  
integritate est. Et dicitur. In dicitur  
hi dicitur, et dicitur. Hanc dicitur, et dicitur  
hi dicitur, et dicitur. Hanc dicitur, et dicitur  
quod de dicitur, et dicitur. Hanc dicitur, et dicitur  
hanc, dicitur, et dicitur. Hanc dicitur, et dicitur  
dicitur, et dicitur. Hanc dicitur, et dicitur

EXCVI. VITBERGII  
PER NICOLAUM  
SCHIRLENTIUM.





causis  
ad tempus  
p. dictas  
alia p. em  
i. p. ems  
max. ordi



Tc 258

ULB Halle  
001 956 868


3




fl.

hu










# Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	---------	-------



DII  
 NER.  
 VM SIG  
 Leonie

*celinus in sum  
 e universitat*

AE.

